Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum

[S.l., Mainz], 1523

De aliis illicitis et invtilibvs expensis causarum, pphanarum, quae ad ecclesiasticos iudices trahutur, ac denuo remittuntur

urn:nbn:de:bsz:31-114121

Visual Library

Quod ſi forte ſuperiores ſuos in ius uocati non continuo implorauerint, miſſionũ literas impetrarint, eaſq́ue iudicibus p̄dictis trãſmiſerint, ac ad monitionẽ uſq; proceſſum ĩterea ſiet, iam eccleſiaſtici iudices uel requiſiti hinc a uocatorũ ſuperioribus, quæcũq; tãdem in ius uocati ſit cauſa, remittere tamen ita uocatos atq; admonitos ad ordinariũ iudicem laicum, recuſant.

Q; IVDICES ECCLESIASTICI CAVSAS aliquot ſpeciales, licet laicas, ita ſuæ aſſerant ditioni, ut omnino eas remittere nolint,

QVum apud eccleſiaſticũ iudicem ob decerptũ uirginitatis florẽ, itẽ ob illegittime natorũ, hoc eſt, naturaliũ liberum ſtatum, aut ſeruientiũ mercedem, uiduarũue quæcunq; etiã iudicio uentilantur cauſæ, contra laicos reos, tum uel interpellati a litigantium laicorum ſuperioribus, iudices eccleſiaſtici, terminũ tamen ſiſtẽdi iure, nec circũducere, aut ad ſe in ius uocatos, ordinariæ iuriſditioni ut remittant, p̄cibus induci poſſunt,

DE ALIIS ILLICITIS ET INVTILIBVS expenſis cauſarũ, ꝓphanarũ, quæ ad Eccleſiaſticos iudices trahũtur, ac denuo remittuntur.

AD hæc, quum laicus corã iudice eccleſiaſtico, ut ſupra dictũ eſt, inique in ius uocat̃, demũq; ad petitionẽ iudicis ordinarij remittitur, tunc temere agentis ꝓcurator, qui tam male in ius uocari fecerat laicũ reum, mercedem ſuam, a conuento, qui tamen temere ad uetitum tractus fuit iudicium, petit, cogiturq; dehinc excõmunicatõis pœna innocẽs ille ultra expenſas, quas ob malam in ius uocationem in itinera, ꝓcuratores, proq; impetrãdis & redimendis miſſionũ literis, neceſſario expenderat. Adde & neglectarũ operum eſtimationẽ, iam tandem nulliter & inique emiſſos iudiciarios proceſſus perſoluere, atque ære nõ immodico coactus licet pẽſare. Nanq; id ſi forte recuſet, anathematis præſto eſt

gladius

gladius, hoc ei minantur iudices eccleſiaſtici fulmen, ni perſolutis uocationũ literis, habendi libidinem ipſorũ ſatiauerit. Ita afflicto additur afflictio. Neq; iuris ratio, quæ temere in ius uocato, refundendas dictat expenſas, a iudicibus his curatur quicq̄: immo iudiciarius hic eorũ ordo, ex diametro, quod aiunt, cum iuris boniq; & æqui ordine pugnat. Eum tamen iudiciorũ ordinem, non ob aliud: quãtũ coniectura aſſequi licet: hactenus ita religioſe obſeruarũt, q̄ ut plurima actorum turba per hoc ad eorũ alliceretur tribunal. Ita ſemper iniquum, ex re, quæ merito debebat eſſe æquiſſima, ſtudent facere lucrum.

QVOMODO NOVAE PER VIOLENTIAM inſtituantur decimarum p̄ſtationes.

ITEM, etſi laici per multa annorũ curricula de certis eorum prædijs, neq; maiores neq; exiguas, ut uocãt, p̄ſtiterint decimas, tamẽ per eccleſiaſticos iudices, apud quos iniquis litigant conditionibus, auctoritate iudiciaria, ita eis fit negocium, ut aut petitas iudicio decimas, ſiue quidpiam aliud eſt, quod ab eis exigitur, p̄ſtare, perſoluereq;, aut excõmunicationis pœnam ferre, neceſſum habeant. Neq; hoc temere. Nam etiã ſi a ſententia quantũuis iniqua Romã appellauerint, non eos fugit q̄ oneroſus atq; diſpar ſit & illic litiũ euentus.

QVO PACTO ECCLESIASTICORVM officiales ac ſuffecti, & ipſi laicos ad eccleſiaſticorum tribunal in ius trahere conentur.

Ad hæc omnia perſonæ eccleſiaſticæ nedum ipſæ per ſe laicos, quibus dictũ eſt, ac ſimilibus caſibus, ad eccl'iaſticos trahunt iudices, uerũ etiã eccleſiaſticorũ officiales, ſuffecti, p̄curatores, domeſtici famuli, famulæq;, ac deniq; ipſorum etiã ſubditi, conãtur, adnitũturq; idem iuris, quod eorum habent ſuperiores, ſibi ipſis quoq; aſſerere, uſurpareq;.